Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Manuscripta Rhenaugiensia - Cod. St. Blasien 33 bis 37

[Pars I] - St. Blasien 33

Hohenbaum van der Meer, Moritz

[Südschwarzwald, St. Blasien], [2. Hälfte 18. Jh.]

Siegel Rheinauer Urkunden mit Erklärungen von Schmidfelds Hand

urn:nbn:de:bsz:31-46488

Visual Library

328

Tabula I.

N. 1. a°. 858. AI. 7.
Sigillum Ludovici Germanici Diplomati impressum ex cera alba, caput ipsius Regis exhibet, ut videtur, Glea tectum, nisi per compressionem ceræ capilli fuerint deleti; Inscriptio pariter ferme deleta est, una vel altera excepta littera, quæ indicat, ita esse legendam: XPE PROTEGE HLVDOVICVM REGEM Diploma ipsum pergamenum in latitudine duos pedes habet et pollices quatuor, in altitudine pedem unum cum 9. poll. continet confirmationem fundationis a Volveno Restauratore factam. Sigillum habetur in Dipl. Tigurinis apud Mabill. de re Diplomat. Caroli M. et Ludovici Pij, cum simili inscriptione.

N. 2. a°. 870. AI. 8.
Sigillum ejusdem Regis ex cera fusca, faciem exhibet ex rudiori arte formatam capillis crispis: pectus videtur loricatum. Ex litteris, quæ distingui satis clarè possunt, patet legendum esse: LVDOVICVS REX. Hoc diplomate totam fermè Kleggoviam Rex Monasterio donavit.

N. 3. a°. 995. AI. 12.
Sigillum Ottonis tertij ex cera fusca, cui tamen aliquod velum tenue superinductum erat, ut in plerisq. sequentium temporum: fractura aliqua integras nihilominus servavit litteras. Diploma pedem unum et novem pollices cum dimidio in latitudine habet, altitudo quinq. pollicib. depressior est: restituit Otto hac Charta Mnrio terram ab Epo Constantiensi usurpatam.

N. 4. a°. 1023. AI. 13.
Sigillum S. Heinrici Imperatoris donantis Mnrio prædium Weissenburg. Materia conformis est præcedenti sigillo, quod tamen magnitudine superat, totumq. Cæsarem refert: caput diademate fuisse redimitum haud obscurè cernitur, quod à pictore hic fermè neglectum: sicut et ordo sigillorum inversus. Diploma pedem unum tresq. pollices cum dimidio in latitudine habet, altitudo medio sin pollice depressior.

TAB. I.

795

1.

458

8.

2.

870

13

4.

1023

12

3.

995.

332
122

Tabula II.

N. 1. Aº 870. Ai. 95. — Sigillum Ludovici Regis Germanici multò melius conser-
-vatum, cujus inscriptio clara: videri posset ab aliis
diversum: credibile tamen est, idem esse cum illo, quod
Tabula praecedenti N. 1º ad annum 858. exhibuimus,
sed cerâ nonnihil compressa. Caeterum ipsum Diplo-
-ma pariter Originale dupplicatum est donationis
Reggoviae, abbreviatum tamen, omissa specifica
mentione Locorum.

N. 2. Aº 974. Ai. 11. — Sigillum Ottonis II. ex cera fusca velamine
tenui obducta, integrè conservatum. Diploma
altum est pedem unum, et septem pollices, latum
prope duos pedes. Confirmat in eo Imperator
Murio privilegia ab Antecessoribq concessa.

N. 3. Aº 1067. Ai. 15. — Sigillum Henrici IV. Imperatoris restituentis
Murium in pristinam Libertatem. Materia
praecedenti similis: ipsum tamen Sigillum magna
ex parte confractum est: discerni tamen substan-
-tialia probè possunt. Vel ex his tribus Sigillis
progressus formae cum tempore notari potest
dum Saeculo nono, solum Caput, idq nudum, Sae-
-culo decimo figura usq ad lumbos, jamq Imperii
Insignibus ornata, Saeculo deniq Undecimo
integrum corpus throno insidens exhiberetur.



TAB. II.

11

2.

974.

95.

1.

870.

1067.

334
124

Tabula III.

N. 1. Aº 1126. Ai. 17. Sigillum Honorij Papæ Secundi plumbeum, inter nostra Sigilla primum pensile ex rubeo quodam grossiori filo serico. Utraq pars hic exhibetur; quod verò dextrum latus occupet S. Paulus, eruditi ad imperitiam primi artificis referunt. Bulla pedem unum et tres pollices alta, sed sesqui pollicem angustior est. Confirmantur in ea privilegia Mrij.

N. 2. Aº 1208. Ai. 18. Sigillum Ottonis IV. rarum, ex cera fusca, pendet ex filo tenui aureo. Diadema in capite vix apparet; et licet extremitatibus fractum sit, cernitur tamen littera O. et sillaba STg. quibus Otto Augustus significatur. Roborat Diploma conventionem cum Kreenkingensibus Advocatis.

N. 3. Aº 1241. Ai. 21. Bulla aurea Friderici II. ex duabus laminis aureis sibi cohærentibus constans, quas pertransit filum tenue sericum flavi coloris. Maxima privilegia hoc Diplomate asseruntur Mrio, quod altitudine uno pollice duos pedes excedit, latum est uno tantum pede, et quatuor cum dimidio pollice.

N. 4. Aº 1298. Ii. 3. Sigillum Heinrici Epi Constantiensis, pendulum ex frusto pergameni, sicut reliqua ferè omnia. Adest in duabus Chartis ejusdem Anni, quibus incorporatur Mrio Parochia S. Nicolaj in monte.

N. 5. Aº 1374. Ai. 24. Sigillum Viri Nobilis Joannis de Roseneg, Præfecti Austriaci in Turgovia. Simbolum, non verò figuram hominis refert, ut alia hucusq, quam consuetudinem diutissimè retinuerunt Ecclesiastici, Sæculares verò non nisi Reges. Porrò duplex Leo gradiens insigne est Comitatûs Kiburgici, cui magnam partem parebat Turgovia, etiam antequam ad Austriacos devolveretur. Circulus in hoc sigillo fractus has tantum litteras exhibet: NIS TVR: id est: Joañis Turgoviæ etc. Non itaq ejus familiæ, sed officij sigillum erat, quo utebantur Nobiles, dum adhuc proprio carerent

TAB. III.

SPASPE
1.
HONO
RIVS
PP. II.
1126
3.
ROMA CAPVT MVNDI REGIT ORBIS FRENA ROTVNDI
FRIDERICVS DI GRA ROMANORV IMATOR SEP AVG
1241.
2
18
1208.
Otto IV.
4
S. HAIR. DEI GRA. EPI ECCLIE CONSTANCIENSIS.
5.

Tabula IV.

N. 1. A°. 1363. A1: 23.	Sigillum Rudolſi IV. Ducis Auſtriæ, Styriæ, et Carinthiæ, quæ tribus ſcutis deſignantur. Primum eſt, quod interius rubro colore tinctum eſt, licet aliàs ex cera fuſca conſtet. Præmunitur illo Muſæum à judicijs alienis.
N. 2. A°. 1375. A1. 25.	Sigillum Leopoldi Ducis Auſtriæ, cum quinq; ſcutis, quorum tria in ſuperiori ſigillo habentur additis duabus aquilis, quarum una Carnioliam, altera Tyrolim demonſtrat.
N. 3. A°. 1425. A1. 32.	Bulla Martini V. Papæ confirmantis Monaſterio privilegia. Plumbum ſatis groſsum et rude pendet ex funiculis ſericis rubri et flavi coloris.
N. 4. A°. 1457. A1. 37.	Sigillum Sigismundi Ducis Auſtriæ, cui adduntur inſignia Carinthiæ et Tyrolis.

TAB. IV.

1.

23
Rudolfus Dei Gratia Dux Austrie Styrie Et Carinthie Ec.
1363

2.

25
LEOPOLDUS DEI GRATIA DUX AUSTRIE Ec.
1375

SPA SPE

3.

PP. V.
32
1425

4.

37
Sigismundus Dei Gratia Dux Austrie Comes Tirolis.
1451

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Tabula V.

N. 1. Sigillum Capituli Renaugienſis Monaſterij. Extat hodiedum
A.o 1306. originale in Scrinio tribus clavibus aperiendo, coq uſi ſunt noſt-
O1. 2. -rates adhuc Saeculo proxime elapſo: adeo profunde excavatum
eſt, ut non niſi cera molli excipi poſſit.

N. 2. Sigillum Hainrici Abbatis Renaugienſis, quod ex eadem cum
A.o 1306. praecedenti Sigillo Charta pendet, qua Ita Benefactrici ad dies
vitae ceditur decima in Martelen.

N. 3. Sigillum Berktoldi Abbatis Monaſterij S. Blaſij, continet comu-
A.o 1307. -tationem cujusdam hominis proprij.
GIV. 6.

N. 4. Sigillum Gerhardi Epi Ecclesiae Conſtantienſis, confirmat dotatio-
A.o 1310. -nem altaris S. Blaſij.
C1. 5.

N. 5. Sigillum Heinrici Abbatis S. Rutperti. Charta comutationis
A.o hominum propriorum caret notis Chronologicis, et forte paulo
GIV. 11. junior eſt, idiomate Teutonico concepta.

N. 6. Sigillum Abbatis Monaſterij Heremitarum: Nomen abruptum,
A.o 1327. Sed procul dubio legebatur Joannes, qui hoc tempore Einſidlen-
BV. 7. -ſibus praeerat. Confirmat donationem Rudolfi a Radegg
Scholarum praefecti. Caeterum in Abbatum Sigillis tonſura in
Sumo vertice lata, diſtincte apparet, defluentibus circum capillis.

TAB. V.

1.

2.

3.

S. BERTOLDI ABB
S. CON. SCI. BLA

4.

5.

S. HEINRICI ABBS
S. TRUDPERT

6.

S. CON. HEREMITARV

Tabula VI.

N. 1. Sigillum amplum Joannis I. Habſburgo-Laufenburgici, qui
A.° 1320. fœminam propriam Mnrio cedit.
Gw. 10.

N. 2. Sigillum majus Scafhuſianum, quo roboratur emptio Advoca-
A.° 1352. -tiæ in Altenburg, quam Mnrio vendit Rudolfus de Tengen no-
Mr. 2. -mine uxorio. NB. Sequentia tria Sigilla hac eadem ex Charta
pendent.

N. 3 Sigillum Heinrici Comitis de Tengen, advocati Catharinæ de
Krenkingen uxoris Rudolfi

N. 4. Sigillum Friderici de Randenburg, Sculteti Scafhuſienſis.

N. 5. Sigillum Rudolfi de Tengen mariti præfatæ Catharinæ.

N. 6. Sigillum Diethelmi de Weiſſenburg: Litteræ circumſcriptæ
A.° 1328. ſunt fractæ, quod enormius contigit alteri Sigillo Conradi
Ew. 2. fratris præfati Diethelmi: cedunt decimas Eccleſiæ in Erzing.

N. 7. Sigillum Abbatis noſtri Hainrici, quo confirmatur emptio
A.° 1345. à Conventu facta cujusdam prædij partialis.
Bv. 9.

N. 8. Sigillum civitatis Rhenaugienſis fractum pendet ex eadem
Charta mox relata, quod infra integrum recurret, et hodiedum
in Scrinio civitatis aſſervatur.

TAB. VI.

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Tabula VII.

N. 1. Aº 1359. CIII. 4. Sigillum Hainrici Epiſcopi Conſtantienſis: deſiſtit à primis precibus prætenſis. In Superiori parte conſpicitur imago B. V. Filium geſtantis.

N. 2. Aº 1362. VI. 5. Sigillum Joannis II. comitis Habsburgo-Lauffenburgici, qui cum fratribus ſuis liberè Monrio cedit dominium directum in Molendinum in Ober-Marteln.

N. 3. Sigillum Rudolfi comitis de Habsburg ex iiſdem litteris pendens.

N. 4. Sigillum tertium ejusdem Chartæ Godefridi comitis Habsburgo-Laufenburgici.

N. 5. Aº 1363. GIV. 18. Sigillum Joannis comitis de Froburg Præfecti Ducis Auſtriæ, cujus nomine comutationem hominis proprij firmat. Signa ſunt Froburgia.

N. 6. Aº 1375. KI. 9. Sigillum Hainrici de Aitlingen, Abbatis Monrij Rinaug. Primus eſt, qui cognomen ſuum apposuit: quin et ad pedes ejus viſuntur quædam ejus inſignia gentilitia: caput tam magnum, et altum eſt, ut videri poſſet mitratum. Cæterùm hac Charta firmat emptionem cujusdam Decimæ factam à Friderico de Etzingen Conventuali Monacho Rhenaugienſi.

TAB. VII.

1.
S.EOPI.COSTANTIEN HAINRICVS DEI GR
3.
✠ S GOTEFRIDI COMITS DE HABSBV
=4
✠ S RVDOLFI COMIT DE HABSBVRG
5.
✠ S IOHIS DE FROBVRG COMITIS
2
✠ S COMITIS DE HABSBVRG
6.

Tabula VIII.

N. 1.
Aº 1348.
Br. 10.
Sigillum Agnetis Auſtriæ Habsburgicæ filiæ Joannis I. diviſum eſt in duas partes, quarum prior exhibet Leonem Habsburgicum, altera diſtingui nequit. Dicitur Agnes fuiſſe Sanctimonialis Seconienſis. Hac Charta unacum fratribus inſtituit Aniverſarium pro Patre, Se, Suisque fratribus. Vidi hoc Sigillum in Herrgotto excuſum, sed in Tomo, quo modo careo. Tria adhuc Fratrum Sigilla ex hac Charta pendebant; sed secundum Joañis II. deperditum est, quod tamen ſupra invenies.

N. 2. Sigillum tertium ex eadem Charta Rudolfi Habsburgici

N. 3. Quartum Gotfridi Fratris.

N. 4.
Aº 1353.
Ii. 4.
Sigillum Konradi Præpoſiti in Embriach, nati de Tengen, qui cum tota familia sua ceſſit Sinzio dominium directum in Atenhuſen, et in piſcationem in Jeſtetten, à Nobilibus de Jeſtetten emptas. Sequentia hujus Tabulæ Sigilla omnia ex eadem hac Charta pendent.

N. 5. Sigillum secundum ejusdem Chartæ eſt Heinrici de Tengen

N. 6. Joannis de Tengen, kirchen herrn zu Bülach: inſcriptio nonnihil deleta eſt, forte legebatur: Rectoris: proximum Sigillum omnino deperditum.

N. 7. Friderici de Tengen.

N. 8. Hainrici de Tengen.

TAB. VIII.

3.
S. GODFRIDI COMITIS DE HABSBVRG
1.
S HABSBVRG
2.
S RVD. COMITIS. DE HABSBVRG
8.
7.
S FRID TENGEN
5.
4.
6.
S IONIS DE TENGEN

Tabula IX.

N. 1. Sigillum Conradi de Aitlingen Sculteti Rhenaugienſis,
A.° 1386. quod diverſum eſt ab eo, quod R.mus Bernardus huic fami-
Kl. 11. -liæ appingit: Signum inferius convenit cum eo, quod ſu-
-pra in Sigillo Abbatis hujus gentis obſervavimus. Remit-
-titur hæc Charta controverſia Monaſterio decidenda; unde
non ſolum Sculteti, ſed etiam annexum habet

N. 2. Sigillum Civitatis Renaugienſis integrum, quamvis non
Civitatis, ſed Civium inſcribatur.

N. 3. Sigillum Abbatis noſtri Conradi ex familia nobili Majer
A.° 1397. de Jeſtetten, cui caput aſini pro inſignibus fuit, hic verò
Ol. 9. ad pedem medietas ſuperior totius animalis exhibetur.
Mirum porrò etiam in hac inſcriptione aliàs Latina, nomẽ
teutonicè compoſitum inſcribi, ſcilicet, cureſel: confert
hæc Charta feudum in Harthawen Friderich de Waltshut,
quod habuerat Sneveli de Scafhusen.

TAB. IX.

2.
✠ SIGILLVM CIVIVM IN RINAVGIA

=

1.
✠ S CVNRADI DEALTLINGE

3.
VROSELABIS
ASTRI RINAVGE

Tabula X.

N. 1. Sigillum Rudolfi Abbatis S. Joannis in valle
A.º 1396. Turæ: comutatur homo proprius.
G IV. 27.

N. 2. Sigillum Abbatis noſtri Conradi, in quo ſingulare
A.º 1405. eſt, quod ad pedes non comparerent ſigna gentilitia
O1. 12. ipſius Abbatis, ut in Sigillo Superiori, ſed Salmo,
quem piſcem ad initium hujus Sæculi pro inſignib.
Monaſterij noſtri adoptatum fuiſſe ex hoc ipſo conſtat,
cum antea non occurrat. Litteræ ſunt pariter feu-
-dales ejusdem rei, eidemq. perſonæ, ſed non eodem
anno datæ à Conrado de Giſingen.

N. 3. Sigillum Burchardi Majer de Jeſtetten, nomine Nicolai
A.º 1413. Lelergerw, qui feudum à Mnrio accepit in Glatfelden.
Z1. 11.

N. 4. Sigillum Margarethæ de Bettmaringen, quæ rem Eccle-
A.º 1425. -ſiaſticam cum decimis in Jeſtetten Mnrio donavit.
DIV. 2. Alia tria ſigilla ex eadem Charta pendent, quorum pri-
-mum eſt Civitatis Scafhusianæ superius poſitum
alia ſunt

N. 5. Henrici de Erzingen, aprum exhibens.
N. 6. Joannis Udalrici de Tetingen

N. 7. Sigillum Joannis Abbatis Monaſterij in Stein, quod
A.º 1427. rubræ ceræ impreſſum eſt, ſuper flavam, inductæ.
DIV. 5. Exhibet præcedentis donationis executionem apſtu

TAB. X.

1.

2.

3.

4.

=

5.

=

=6.

7.

Tabula XI

N. 1. Sigillum Conventus Sanctimonialium in Paradyso: S.
Aº 1430. Franciscum repræsentat vestem Sacram S. Claræ porrigentem.
XIV. 9. Littera continent venditionem censuum et decimarum in
Wilgisbach Mnrio nostro factam.

N. 2. Sigillum Abbatis Omnium Sanctorum in Scafhusio: pendet
ex ijsdem litteris. Initium inscriptionis legi non potest,
desinit tamen in hæc verba teutonica: Abbt zu allerheiligen
ad pedem duo Scutula cernuntur, quorum prius habet insig-
-nia Monasterij, alterum Civitatis.

N. 3. Sigillum Ottonis Epi Constantiensis rubra cera obductum
Aº 1428. Charta continet conventionem cum Truchsesio de Diessen-
XI. 6. -hoven ratione Truticken.

N. 4. Sigillum Joannis comitis de Lupfen, Landgravij in Stulingen
Aº 1434. adeo compressum, ut figura distingui nequeat: Charta ampla
AI. 33. exhibet compromissum cum Comitissa Ursula etc. primum
Sigillum idem est, ac superius Epi Ottonis, secundum est præ-
-sens, reliqua sequuntur:

N. 5. Sigillum Caspari de Clingen, nomine equestris ordinis in
Hegovia.

N. 6. Hugonis Abbatis nostri: mitra quadam in capite promi-
-net, sed quæ cornua habet elatiora instar mitræ, quæ appin-
-gitur Pontificibus veteris testamenti: ad pedem Scutulum
forte gentilitium decisum est; in alio Sigillo videtur Rosa

N. 7. Sigillum Hainrici de Almenshoven de Ymendingen fratris
germani Hugonis Abbatis.

Ultimum Sigillum hujus Chartæ primum est Sextæ Tabulæ

TAB. XI.

1.
S. CONVENTVS. PARADISI ORDINIS S. CLARE.
S. FRANC
2.
S. IOANNIS. ABBATIS
3.
S. OTTONIS. DEI. GRATIA. EPI. CONSTATI.
4.
LANDGRAFF ZU STVHLI. HANS VON LUPFEN
5.
CASPAR VON KLINGENBERG
6.
S. HVGONIS. ABBATIS. MONASTERII. RENAUGENSIS
7.

370
160

372
162

Tabula XII.

N. 1. Sigillum Hainrici de Almshoven de Neunburg, cog-
Aº 1434. - nati Abbatis nostri Hugonis, quod ultimum pendet ex Charta
AI. 33. præcedenti Tabula descripta.

N. 2. Sigillum Abbatis nostri Joannis Kumbar, quod cognom
Aº 1435. per scutulum ad pedes jacens cum Littera K. exprimit,
OI. 17. adjectis duabus stellulis. Litteræ sunt feudales.

N. 3. Sigillum Beringeri de Hochenlandenberg: Feudum re-
Aº 1440. - cognoscit acceptum à Nicolao de Sulz Administratore
YIII. 3. Abbatiæ Rhenaugiensis, et Tutore Landgraviatus
Cleggoviæ.

N. 4. Sigillum Joannis Epi Constantiensis, et Administratoris
Aº 1440. Curiensis: pendet ex Instrumento Exhumationis Sancti
BI. 36. Fintani.

N. 5. Sigillum Ursulæ Comitissæ Sulzensis, natæ Habs-
Aº 1447. - burgensis, quæ gentes in scuto diviso bene discernu-
ZI. 12. - tur, licet inscriptio vix legi possit: oppignorationem
quamdam firmat, cui sequentia quoq. sigilla appen-
sa sunt

N. 6. Sigillum Alvici comitis de Sulz filij prædictæ
Ursulæ. Alterius filij Rudolfi sigillum decidit.

N. 7. Sigillum Heinrici Hödorf de Jestetten, pendet ex
eadem Charta.

N. 8. Sigillum Eberhardi Abbatis nostri: Feudum in Ha-
Aº 1448. - hausen et Erzingen confert Heinrico de Sulz hoffe-
OI. 20. - maister der Herrschaft Österreich. Ad pedes iterum
Salmo Rhenaugiensis comparet.

TAB. XII.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

374
164

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Tabula XIII.

N. 1. Sigillum Conventus Sanctimonialium in Scafhuſa.
Aº 1450. Feudum recognoverunt duarum partium decimarum in
Oi. 21. Wiſwil. Additur eidem Chartæ alterum
N. 2. Sigillum Magiſtræ ejusdem Monaſterij, ſed inſcriptio
penitus compreſſa eſt. Cæterum figura Agni et S. Agnetis
in memoriam revocat præclarum ex auro ſuper violaceo
colore fulgens Antipendium, quod ex illo Monaſterio ad noſtrum
pervenerat, modò laceratum.
N. 3. Sigillum Nicolai Abbatis noſtri conferentis feudum quon-
Aº 1461. -dam: pedibus propria calcat inſignia.
Oi. 25.
N. 4. Sigillum Abbatis noſtri Laurentij de Kiſchach conferent.
Aº 1479. feudum Conrado à Waldkirch, quod habuerat Henricus
Oi. 30. de Sulz; gentilitia ejus unacum Salmone pedibus ſubſun[t].
Cæterum nulla apparet mitra, quam et hodie fruſtra quæ-
-ſivi aut [illegible], niſi hactenus periiſſe velis: Bona-
-venturæ inſignia ibi mitrâ teguntur. Cera hujus ſigilli
eſt rubra.
N. 5. Sigillum Joannis Conradi Abbatis noſtri impreſſum eſt
Aº 1493. rubro colore litteris patentibus papiraceis, quibus ab-
CIII. 16. -ſentiam ſuam excuſat Congregationi habitæ Hirſaugiæ.
Gentilitia propria exciderunt, preſtante adhuc Salmone.
N. 6. Sigillum Abbatis Heinrici de Mandach rubrum, jam
Aº 1513. noſtris temporibus conforme, à quibus tamen contenta
BI. 55. hujus Chartæ abludunt: nam fatetur Abbas unacum
Conventu ſe recepiſſe à P. Joanne de Jeſtetten conventuali
70. fl. ea lege, ut ſingulis annis reddantur 6. fl.
Additur quoq; ſigillum Capituli in cera alba, quod idem
omninò eſt, quod Tabula V. N. 1. exhibetur.

TAB. XIII.

1.

=

2.

3.

4.

5.

6.

378
168

Tabula XIV.

N. 1. Aº 1332. in Cod. Dipl. n. CIII. Sigillum Ludovici Bavari, Imperatoris, quod detractum modò est à Diplomate Civibus Rhenaugiensibus dato, quo jus Nundinarum hebdomadalium conceditur. Spectare in hoc licet, in quam magnitudinem et laborem paulatim excreverint Regia Sigilla, habet ex parte aversa Aquilam simplicem figura minori; quod forsan et in cæteris Regijs Sigillis contingit, quæ Capsis includi solent.

N. 2. Aº 1436. Sigillum plumbeum Concilij Basileensis confirmantis privilegia Monasterij.

N. 3. Aº 1455. A1. 40. Sigillum Ludovici Ludovisij causarum Auditoris, instrumento contra Sulzenses adhærens.

TAB. XIV.

1.

LUDOVICUS QUARTUS DEI GRATIA ROMANORUM IMPERATOR SEMPER AUGUSTUS.

IUSTA IUDICATE FILII HOMINUM.

SACRO
SCA GENE.
RALIS SINO
DUS BASI
LIENSIS.

2.

3.

S LUDOVICI DOVI
CAUSARUM AUDITORIS

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Tabula XV.

N. 1.
Aº 1442.
A1. 34.

Sigillum Friderici Imperatoris confirmantis privilegia Austrij. Ex utroq latere octo visuntur Scuta, inter quæ tres Aquilæ Bohemiam, Carnioliam, et Tyrolim designant: duo Leones, quorum unus Stiriam, alter ditionem Vindicæ refert: Scutum Carnioliæ perpendiculariter dividitur: reliqua duo Scuta Austriam inferiorem et Superiorem designare videntur: ad pedes in cera rubea Superimpressa conspicitur duplex facies: Austria præter fasciam albam in area rubea, etiam novem volucres in altero Scuto habebat.

N. 2.
Aº 1415.
A1. 27.

Sigillum Sigismundi Imperatoris confirmantis Austrij privilegia. Scutum à dexteris Superius Moraviam, inferius Bohemiam designat: duo Scuta ex altero latere Hungariæ insignia sunt: ad pedem dextrum jacet Scutum Styriæ, ad Sinistrum tria Leopardorum capita Dalmatiam significant. Inscriptio Litteris Goticis Simili et æquali ductu formatis legi à me vix potuit.

54.

TAB. XV.

1.



1442

2.

384
14/6

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Tabula XVI.

N. 1. Sigillum Maximiliani I. Imperatoris conſirman-
Aº. 1487. -tis privilegia Anerij privilegia. Primum eſt inter
A1. 42. Sigilla Regia, quæ non effigiem ipſius perſonæ, ſed ſim-
-bola duntaxat Regnorum præſeferunt. Aquilam mediam
licet ſimplicem intelligere convenit Romanum deſignare
imperium: à dextris viſitur inſigne Auſtriæ, à ſiniſtris
Burgundiæ, cujus et vellus aureum inferius defluit.

N. 2. Sigillum Sigismundi Archi Ducis Auſtriæ conſirmantis
Aº. 1451. Anerij privilegia. Tria ſunt ſcuta, Auſtriam, Carnio-
A1. 39. -liam, et Tyrolim deſignantia.

N. 3. Sigillum Alberti, Archi Ducis Auſtriæ Comitis Tyrolis.
Aº. 1448. Sulzenſes in integrum reſtituit, qui querebantur, ſe ſpo-
A1. 36. -liatos à poſseſsione Arcis Rhenaugienſis.

42.

TAB. XVI.

1487.

39.

1451.

36.

1448

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Tabula XVII.

N. 1. Aº. 1530. Al. 45.	Sigillum Caroli V. Imperatoris pro confirmatione privilegiorum Rñeij. Jam biceps comparet Aquila in medio includens inſignia, Hiſpaniæ, Siciliæ, Auſtriæ Burgundiæ etc.
N. 2. Aº. 1708. Al. 84.	Sigillum Josephi I. Imperatoris: catena aurei velleris cinguntur inſignia Germaniæ, Bohemiæ, Hiſpaniæ, Tyrolis, Ayriæ, et in medio Auſtriæ.

TAB. XVII.

45.

1.

1530.

84.

2.

1708.

Tabula XVIII.

N. 1. Sigillum inter cætera pulcherrimum Ferdinandi I.
Aº 1559. Imperatoris: Duplex aquila catena velleris aurei in-
A1. 49. cluditur, in cujus viſceribus inſigne Auſtriæ et Hiſpaniæ.
In circulo Scuta Regnorum, Germaniæ, Hungariæ,
Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, Auſtriæ, Bur-
gundiæ, Styriæ, Carnioliæ et Tyrolis.

N. 2. Sigillum Maximiliani II. Imperatoris, quod per omnia
Aº 1566. ſimile eſt Sigillo Josephi I. jam ſupra extra ordinem à
A1. 50. delineatore poſito.

TAB. XVIII.

49.

1.

1559.

50.

2.

1566.

398
188

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Tabula XIX.

1713. A1. 93.	Sigillum Caroli VI. Imperatoris cum Signis Regnorum.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

TAB. XIX.

92.

1713.